Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167562-p0001-5

P. f. 2.

Beati Joannis Chrisostomi archiepiscopi cōstantinopolitani de laudibꝰ et excel= lentia sancti Pauli apostoli domini nostri ihesu christi. Homelie quatuor elegātissime per Georgiū Trapezon= ciū e greco in lati nū tradu cte.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167562-p0004-2

Homelia Prima

Homelia prima-ostendit beatum Paulum Tubam euangelij patriarchis / pphetis / iustis / apostolis / et martiribus comparatij / omnibus illis / immo et angelis ipsis / esse prestantiorem.

n Nihil prorsus errauerit / qui pratū insigne quoddā virtutū / et paradisum spiritalē pauli animū nuncupauerit: Tam mira enim gratia floruit / tanqz huic gratie congruente vite pfectione resplenduit: quoniā enim vas electionis effectus est / et bene seipsum emendare curauit / largissime in eum sancti spiritus munus effusum est. Vnde t mirabiles nobis fluuios genuit / non sc̄m paradisi fontes quattuor tm̄: sed multo etiam plures / et quottidie fluentes / nec terram rigantes: sed animas hominū ad producendū virtutum germina suscitantes. Quis ergo ad explicanda virtutū germina sensus? Quis ad explicanda istius merita sermo sufficiet? Que aūt lingua laudibus eius inuenietur equalis / cum omnia / que sunt in hominib⁹ bona vna aīa possideat / et ea cuncta plene / atqz cumulate: que non solum hominū sunt / sed q amplius est angelorum. Nequaqz ergo possumus eius explicare preconia: nec tamē iccirco reticebimus / quin potius pauca dicemus. Est em̄ hoc maximū laudis genus / cum orationis copiam virtus exuperat / et magnitudo laudati. Sicqz vinci nobis est multo gloriosius q̄z sepe vicisse. Vnde igitur opportunius laudū eius sumemus exordium? Vnde inq̄z incipiem⁹ aliunde: nisi ab hoc ipso primū / vt ostendamus eum bona omniū possidentē Siue em̄ pphete potentius aliquid in se ostenderint / magisqz mirabile / sive patriarche / sive iusti / sive apostoli / sive martyres. Hec omnia simul colligens paulus habet cum tanto cumulo / cum quanto nullus eorum bonū / quo excellebat / impleuit. Hoc itaqz diligentius intuere. ¶ Abel obtulit sacrificium / et inde laudatur: sed si pauli hostiam adducamus in medium / q̄z celum a terra superior apparebit. Quam ergo vultis vt memorez? non em̄ vna tm̄ est: siquidem semetipsum per dies singulos immolabat: quā tamē rursus hostiam dupliciter offerebat: cum quottidie moriens tum corpi suo mortificati onē / sine intermissiōe circunferens. Nam et ad pericula iugiter parabatur / consumans voluntate martyriū / et naturam in se mortificando carnis / nihil min⁹ q̄z immolate hostie deo munus implebat: immo etiā multo amplius. Non em̄ oues offerebat / aut boues: sed semetipsum p dies singulos dupliciter (vt diximus) immolabat: ppter quod confitendo dicebat. Ego em̄ iam immolor / sanguinē vtiqz suū immolationē vocans. Neqz vero his tm̄ sacrificijs contentus fuit: sed quia bene seipsum consecrauerat deo: etiam orbem vniuersum studuit offerre: qui terram videlicet ac mare / gretiam simulqz barbariē / omnēqz prorsus / quanta est sub celo regionem quasi volitans circuiuit: non simplici labore / velut in vacuum itinera percurrens: sed peccatorū spinas pariterqz euellens: et verbū seminans vbiqz pietatis / fugans errores: veritatem reducens: ex hominibus angelos faciens: quinimo ipsos hoies quasi ex demonibus in angelos ptehens. Propter quod iam hinc post sudores plurimos: ac trophea innumerabilia transiturus: pro discipulorū consolatione dicebat. Sed et si immolor super sacrificium: et obsequiū fidei vestre gaudeo: et congratulor omnib⁹ vobis: propter quod t vos gaudete: et congratulamini mihi. Quidnā igitur huic hostie reperietur equale: quam paulus sancti spūs gladio immolauit: quāq̄z in

Abel
Paulus

hostia a paulo immolata

Alo altari obtulit: quod supra celos locatum est. Sed Abel dolo germani p cussus occubuit: atq; hinc effectus est clarior. Vt ergo innumeras tibi ostendam mortes: tot vtiq; quot etiã dies beatus iste in p̃dicatione virit. Si vero eam quoq; vis nosse mortem: que nouissime etiam rebus impleta est. Abel quidẽ a frate: vt nihil a se leso: ita nullis affecto bñficijs interẽpt⁹ est Paulus vo ab eis interfect⁹ est: quos innũeris malis cupiebat eripere: et ꝓpter quos sustinuit vniuersa que passus est. ¶ Sz Noe iustus in gñatiõe sua: atq; pfectus: et solus erat talis in cunctis: sed et paulus solus inter oẽs talis inuentus: Et ille quidẽ tm̃modo legitur se seruasse cum liberis: hic autẽ multo seniore mũdi inundãte diluuio: non archam coaptando cõpagib⁹ tabularũ: sed epistolas cõponendo: non duos vel tres: aut quinq; cognatos sed vniuersũz prorsus orbem mergi periclitantẽ ex mediꝭs fluctibus liberauit Nec vero hec erat talis archa: vt vno circũferretur loco: que vtiq; orbis terrarũ termios comphendit. Nam vsq; nunc: oẽs in hanc archã paulus inducit: quam certe capacem saluande multitudinis prepauit: que suscipiẽs irrationabilib⁹ pene aialibus stultiores imitatores effecit angelorum. Et hinc quoq; illam vicit archam: q illa quidẽ coruum recipiens / coruum rursus emisit: et includẽs Lupuz feritatẽ eius mutare non potuit. Hec vero ancipitres miluosq; suscipiẽs fecit columbas et excludens oẽm irrationabilitatem / atq; ferocitatẽ mansuetudinẽ spũs introduxit: manetq; hodie hec archa nauigans: nec tm̃ aliqñ dissoluit nec valet tabulas eius vlla malitie laxare tempestas: quin poti⁹ ipsa tẽpestatis motus nauigando cõpescit: quod satis cõsequenter effectũ est. Non em̃ bitumine aut pice: sed sancto spũ eius tabule sunt puncte.

Noe Paulus

¶ Sz Abraam mirant oẽs: qui cũ audisset. Abraaz exi de terra tua / et de cognatiõe tua / et domos reliquit / et patriã / et amicos / atq; cognatos: quoꝝ olim iacturam solo diuini p̃cepti amore pensabat. Nã et nos eum ꝓptera miramur. Sz quis paulo possit equari? qui non mõ patriã / cognatos ac domũ: sed seipsũz quoq; ac mundũ reliquit: imo etiam celum / et celũ celi / et hec oia chriſtũ suscipiendo despexit. Vnũ pro cũctis et solũ idest chrisſti charitatẽ requirens. Neq; p̃sentia inquit / neq; futura / neq; altitudo / neq; pfundũ: neq; alia creatura poterit nos separare a charitate dei / que est in chriſto ihesu dño nostro. Sed Abraam seipsum in piculum tradens hostibus / filium fratris eripuit. At paulus non fratris filium / neq; tres aut quinq; vibes: sed orbem vniuersũz de diaboli extorsit manu / innũerabilia per dies singulos picula sustinendo: ꝓpꝝ̃sq; mortibus maximã securitatez alijs compando. Caput bonorũ eusq; culmẽ philosõphie est q filium voluit ĩmolare. Hic quoq; inueniem⁹ paulũ primatũ tenentẽ: qui non filium: sed semetipsũz: vt dixi / milies ĩmolauit.

Abraam Paulus

¶ In Isaac quidẽ aliquis admiratẽ. Et quidẽ plura: sed p̃cipue patientiã: qm̃ puteos fodiens: et de ꝓpꝝ̃jꝭ exagitatus laboribus resistebat minie: sed factos a se puteos obrui patiebatur: atq; ad alium semp migrabat locum. Neque collecta seruorũ manu in aduersarios irruebat: sed ꝓpria a possessione vbiq; cedebat: quo aduersq; iniquissimã illorum expleret cupiditatẽ. At paulus non puteos cernens lapidibus obrutos: sed ꝓpriũ corpus / non solũ sicut ille cedebat: sed etiam a quibus lapidabat in celum studebat euehere. Quãto em̃ amplius obruebatur fons iste: tanto erumpebat magis: ac plures ex se fluuius effundendo manabat.

Isaac Paulus

¶ De longanimitate ac patientia huius filij iacob admiratẽ scriptura. Et quenã illa est adamãtina prius aia / que pauli patientiã possit imitari? Neq; em̃ bis septem annorũ: sed totius vite seruitiũ pro sponsa prulit

Jacob Paulus

thriſti: non aduſtus ſolū eſtu diei / et noctis gelu: ſed tentatiōes mille ppe-
ens. Et nunc quidez verberibus / nunc vero lapidibus ceſus / atq; colliſus:
et nūc quidē beſtijs / mō aūt fluctibus pugnans: mō etiam nimie atq; cōti-
nue reluctans fami / diebus atq; noctibus / ⁊ inter certamia vbiq; ſ̄eſiliens:
captas oues ex diaboli faucib⁹ extrahebat. ¶ Sed et Joſeph pudicitie vir-
tute decorat⁹ eſt: at ego vereor ne iam ridiculū ſit hinc paulū velle laudare: q̄ Joſeph Paulus
ſemetipſuz mūdo crucifigens / non ſolum hūanoruz corporū pulchritudines /
ſed etiam oīa / que videnť rebus clara / atq; decorata: ita cernebat quēad-
modū nos fauillam cineremq; deſpicim⁹ / qui quaſi mortu⁹ ꝓſus ad mor-
tuū īmobilis pmanebat. Itaq; cum tanta animi cura cōprimeret incētiua vi
tioū / et nature / nihil hūanū ab aliquo aliq̄ ppeſſus eſt. ¶ Stupent certe Job
Job oīes homīes / et valde vtiq; conſequēter. Eſt em̄ ille athleta mirabilis: Paulus
et qui paulū ipſuz velut ex aduerſo poſſit aſpicere ob patientiā puritatēq; vi
te / ob teſtimoniū dei ꝓpter illā cum diabolo fortiſſimā pugnā / ꝓpter victo
riam que pugnā ſecuta eſt. At paulus non menſib⁹ tm̄ / ſed annis plurimis
in agone pdurans tam clarus emicuit / non terre gleba ſaniem carnis era-
dens: ſed in ipſius intelligibilis os leonis frequēter incurrens: et pugnans
aduerſus tentatiōes innūeras om̄i erat lapide tollerantior: qui non a trib⁹
aut quatuor amicis: ſed a cunctis infidelib⁹ a falſis etiam fratribus oppro
bria ſuſtinebat / cōſputat⁹ ab om̄ibus / atq; maledict⁹. Sz illi⁹ erat magna
hoſpitalitas / et cura paupum: nec nos quidē iſtud negamus: ſed pauli eā
liberalitate inferiorē docemus: et tanto inferiorē / quāto aīa eſt corpus infe-
rius. Quā em̄ ille curam impendebat carne debilibus / hanc iſte aniabus
morbidis exhibebat: nunc mentes ſenſib⁹ claudicātes dirigendo in recti itine
ris inceſſu / nunc nuditate deformes ſtola celeſtis philoſophie veſtiendo. In
corpalibus quoq; bñficijs tanto ille ſupabat / quanto eſt amplius in fame ⁊
nuditate viuentē indigentib⁹ ferre p̄ſidiū / quā id ipſuz de diuitiarū affluen-
tia miniſtrare. Nam illi⁹ quidē om̄i aduenīēti aperiebať domus: huius ve-
ro aīa vniuerſo parebat orbi: ac fideliū populos benigne mētis recipiebat
hoſpitio dicens. Nō angustiamini in vobis: angustiamini aūt in viſceribus
noſtris. Et ille quidē cū oues et boues haberet innūeras / erat in paupes libe
ralis: hic vero nihil ampli⁹ corpe ſuo poſſidens: in hoc ipſo ſufficiēter indi-
gentib⁹ adminiſtrabat: q̄ alicubi ipſe cōmemorās / neceſſitatib⁹ inquit me-
is / et his qui mecū erāt mīnſtrauerūt man⁹ iſte. Corpis em̄ ſui opam velut
ex quadā poſſeſſiōe fructus eſurientib⁹ deputabat. Sed vermes videlicz atq;
vulnera ſeuos atq; intolerabiles ſancto Job inferebāt dolores / et ego fateor:
ſed ſi per tam multos annos pauli verbera / et cū inigi fame etiā nuditatez /
cathenas / carcerē / inſidias / piculaq; conſyderes: qui a domeſticis ab ex-
traneis / a tyrannis / a toto poſtremo patiebať orbe: addas huc etiam his
ꝓfecto amariora / idēſt pro eis qui labebanť / dolores / ſollicitudinē / quā p
eccleſijs vſtionem / quā pro ſcandalizatis ſingulis pferebat: videbis q̄z erit
om̄i ſaxo durior aīa iſta ppetiens: et ferrū atq; adamantē ſupans. Que em̄
Job corpe / hec paul⁹ mente ſuſtinuit: q̄z omni verme moleſtior de ſingulis
quibuſq; labentib⁹ meſticia cōſumebat. Vnde et iuges lachrymarū ex eo fon
tes non diebus ſolū: ſed etiā noctibus effluebant: oīq; mulīere parturiente
vehement⁹ affligebať in ſingulis / ꝓpter quod etiā dicebat. Filioli mei quos
iterū parturio. ¶ Quē vero / iam quiſpiā poſt Job putet eſſe mirabilem ꝙ Moyſes
Moyſen ꝓfecto: ſed hunc etiā paul⁹ ſatis eminēti virtute tranſcendit: cui⁹ Paulus
quidē ſunt multa alia p̄clara Sz caput illius ſancte anie atq; faſtigium eſt:
quoniā p iudeorū ſalute deleri elegit ex libro vite. Sed Moyſes cū ceteris op
tauit pire paul⁹ ꝓ ceteris. Non em̄ cū peuntib⁹ pire voluit: ſed vt ſaluarent

alij / ipe de glorie eternitate decidere. Et ille quidē pharaoni: hic aūt diabolo quottidie repugnabat. Et ille p vna gente / iste vero pro vniuerso orbe certa uit: nō sudore: sed sanguie vice sudoris vndiq; pfluente: cū non solū habitabiles mūdi ptes: verūetiā deserta ad cultū religiōis adduceret: nec solū grecoū populos: verūetiam barbaroū. ¶ Poteram quidē et iheſuz naue/ et samuelem et alios ppheras in compatione vocare: sed ne sermonē faciā longiorem ad ipsa eoū capita cōdescendā. Cū em̄ istis excellentior apparuerit: nulla prorsus de alijs ambiguitas relinquet. Quinā ergo eminētiores videntur? quis post hos alius / nisi Dauid / et helias / et Joānes: quoū vn⁹ prioris/ alter scdi est p̄cursor aduent⁹: ppter quod etiam nomis cōmunīōe coniuncti sunt. ¶ Quid tgit in dauid p̄ciptū repit? pculdubio hospitalitas/ atz erga deum feruens amor. Et quis ampli⁹/ imo quis ita / vt aia pauli / hec vtraq; cōpleuit. ¶ Admirandū aūt in helia ego mīme reor: qz celū clausit: qz induxit famem: qz ignē de celo sermone cōpluit: sed qz zelauit p deo/ erat in hoc mētis affectu ipo igne vehemētior. Sed si pauli zelū diligēter inspicias: tanto eū inuenies celsiorē / qto ille ppheris ceteris eminebat. Quid em̄ vbis illis reperiat equale: qui gloriā dñi zelando dicebat. Qm̄ optabam ego anathema esse p fratrib⁹ meis qui sunt cognati mei ſm carnem. Propterea a celis sibi p̄positis / ac p̄mijs et coronis tardauit: atq; distulit dicēs. Permanere aūt in carne necessariū est ppter vos. Propterea non solū istā que cernit: sed illā quoq; que intelligit creaturā: nequaq; sufficere sibi credidit ad ostendendū zelū et charitatē / qua ardebat in christū: sed etiā aliā / que non est sermone formauit: vt qđ tota volūtate cupiebat / exprimeret. ¶ Sed Joānes in cibū locustas et mel siluestre sumebat: ac Paulus ita in mundi strepitu: quemadmodū ille in eremi quiete vsatus est: nō quidē pastus locustis: aut melle siluestri: sed multo his victu viliore cōtentus: ac necessario quidē indulgens cibo / p̄ feruore et studio p̄dicandi. Verū illi⁹ aduersus herodē apparuit magna cōstantia: at iste nō vnū/ aut duos: aut tres: sed innūeros in sitī positos ptāte corripuit: imo longe illo seuiores tyrānos. Restat vt paulū iaz angelis cōparem⁹. Ideoq; relinquētes terrā ad celoū fastigia transeamus. Sed nullus sermonis nostri accuset audaciā. Si em̄ ioannem: et sacerdotes dei scriptura angelos noiauit: quid mirū si p̄stantiorē omnib⁹ paulū illis vtutibus conferam⁹? ¶ Quid ergo in angelis magnificū p̄dicamus? p̄fecto qz cū omni cura obediūt deo: qđ dauid quoq; admirando dicebat. Potētes virtute facientes verbū illius. Huic em̄ bono equale est nihil. Prorsus etiā si sint milies incorporei: hoc est em̄ quod maxime p̄stat eos btōs / qz obediunt p̄ceptis dei / qz eum in nullo aliqn̄ cōtemnūt. Hoc igit̄ et in paulo plene aiaduerti p̄ot / cū omni diligētia et cautiōe seruatū. Nō aūt solū sermonē eius impleuit: verū etiā p̄cepta supraq; p̄cepta: hoc quippe declarās ait. Que est ergo merces mea: vt euangeliū predicans sine sumptu ponam euangeliū dei. Quid vero aliud in euāgelio ppheta mirat? Qui facit inqt angelos suos spūs / et mīstros suos ignē vrentē. Sed hoc etiā in paulo possum⁹ inuenire: qui velut ignis / ac spūs totū terrarū p̄curit orbem / p̄currendoq; purgauit. Sed necdū celū iste sortit⁹ est: et hoc oīno mirabile: qz talis versabat̄ terris: et mortali adhuc carne circundat⁹/ cū incorpaliū potestatū virtute certabat.

¶ Quanta ergo sumus condēnatiōe digni: cū vno hoie bona oīa in se cōgregante / ne nimiā quidē eoū partem studem⁹ imitari? Hec assidue mente voluentes / et nosipsos inculpabiles p̄beamus: et ad illius zelū studeam⁹ accedere / vt ad eadē bona p̄uenire mereamur: gratia et misericordia dñi nostri Jhesu christi cui gloria et imperiū in secula seculorum Amen.

Josue
Samuel

Dauid
Paulus
helias
Paulus

Jo. bap.
Paulus

Angeli
Paulus

Exhortatio

. | . p̄ſer p̄mia dicū Angelis

Homelia Secunda

Homelia secunda demōstrat ferventissimā

sancti Pauli erga Jhesum christū charitatē: qua ardētissime estuantē/ nec ērummā perpeti/ nec cruciatū subire vllum ob christi nomen ptimuisse.

Vid sit homo: et quāta nature nostre nobilitas: quāteqz capax vtutis: hoc vel pcipue ex omnib⁹ Paulus ostendit: qui nūc stetit aduersus criminatōes humāe creature/ clarissima pro deo voce rndens: cohortās ad studia vtutis: et impudentissima blasphemantiū ora cōcludens/ docēs quoqz quod inter angelos: hoiesqz nō grande sit mediū: si tm nos ipos diligētius excolam⁹. Nō em aliā ille est sortit⁹ naturā/ nec dissimilem nactus aiam/ neqz alterū habitans mundū: sed in eadem terra: eademqz regiōe/ sub eisdem etiā legibus nutrit⁹/ et morib⁹: cunctos q nūc sunt hoies: vel fuerūt/ altius vtute trāscendit. Vbi igit illi nūc sunt/ qui vicia in pclino/ virtutē in arduo collocauerūt. Hic em palā illis repugnat dicens. quod em in pnti momentaneū est/ vt et leue tribulatōnis nostre supra modū in sublimitate eternū in nobis glorie pondus operatur. Si aūt hui⁹ tribulatōes inueniuntur leues/ qzto magis he/ que sunt in nobis voluptates. Neqz vero hoc solū in illo mirabile est/ q pabundantia deuotōis quodāmō nō sensit dolores p virtute susceptos: sed etiā q virtutē ipam p mercede pē sauit. Nā nos equidē pro ea nec mercede pposita certam⁹/ quā ille cōplectēs etiā sine pmio diligebat/ cūcta illa que asperitate sui vident impedire virtutē/ cum omni magnanimitate ppetiens. Qui neqz infirmitatē corpis/ neqz multitudines circūstantiū vndiqz negotiorū/ neqz tyrannidē nature/ neqz quicqz aliud omino causat⁹ est. Cū vtiqz maior illi qz cunctis et milicie principib⁹/ et regibus terre esset cura cōmissa. Sed quottidie celsior/ quottidie assurgebat ardentior: et intentis sibi periculis noua semp alacritate pugnabat. Jdqz significās dicebat: eorū que retro obliuiscēs/ in ea vero que priora sunt/ extendens me: qui cū sibi iam mortē imminentē videret ad cōmunionē/ delectacionemqz gaudij alios puocabat/ dicēs. Gaudete/ t cōgratulamini mihi: ac periculis/ iniurijs/ opprobrijsqz ppositis rursus exultat/ et corynthijs scribens ait. Placeo mihi in periculis/ et in infirmitatib⁹ meis. Cū vtiqz hec ipa esse diceret arma iustitie ostendens hinc sibi fructum maximum prouenire: Jtaqz cū inter medias inimicorū versarē insidias/ ouans tm de omni eorū referebat impugnatiōe victorias: et vbiqz scissus verberib⁹/ affect⁹ iniurijs/ atqz maledictis/ quasi triūphales pompas ageret. crebra trophea/ strueret orabat graciasqz referebat deo/ dicēs. Deo aūt grās/ qui semp triūphat nos Jtaqz ad confusionē et iniurias/ quas ob pdicandi studiū sustinebat/ magis qz ad bonorū oblectamēta pperabat: mortē potius qz vitā appetēs: paupertatē qz opulentiā: et multo ampli⁹ laborē desiderās/ qz alij requiē post laborē: ac merorē magis eligens/ qz alij voluptatē: studiosius pro inimicis orans/ qz alij aduersus inimicos. Conuerterat em orbem terrarū: imo nos eū vere puertim⁹. Ab illo aūt sic custodit⁹ est/ quemadmodū a deo fuerat institutus. Jlla em omia que appetebant a Paulo nature cōgrua/ hec vero que idē ille fugiebat cōtraria indicant. Vnde istud pbari pōt. Homo em cum esset paulus/ ad illa tm magis qz ad ista currebat. Vnū em illi formidandu erat/ atqz metuendū offensa nimirū dei: nec quicqz aliud omino. Ergo nec desiderabile illi aliud erat: nisi placere semp deo. Nō dico q nihil pscrutū desiderabat: sed nec ipsorū aliquid futurorū. Non em mihi dicas vrbes: t gentes: exercit⁹/ puincias: pecunias: potestates. Hec em ille quasi arēnarū fila reputauit: sed ea ipsa pene que pmittunt in celis: et tunc eius ardentem in

Christo amore ē videbis. Hic siquidē pre illi⁹ dulcedine: nō angelorū: nō archangelorū admirat⁹ est dignitatē: nec quicq̄z horū simile cōcupiuit. Quod em̄ erat magis oīnibus / Christi amore fruebatur: cum hoc beatiore ē se cunctis putabat. Sine hoc aūt neq̄z dñatuū / neq̄z principatuū ꝯcius esse cupiebat: sed cum hac dilectione magis esse extrem⁹ optabat: immo etiam ex numero punitorū: q̄z sine hac inter sum̄os: ꝛ honore sublimes. Hoc em̄ erat illi martyrū et singulare tormentū ab hac charitate discedere: hec illi erat gehenna: hec sola pena: hec infinita: et intoleranda supplicia. Sicut etiā perfrui charitate Christi/hoc illi vita / hoc mūdus / hoc angelus / hoc presentia. hoc futura / hoc regnū / hoc p̄missio / hoc bona videbant̄ innūera: preter hec vero nihil in tristiū ꝓte ponebat: Horū em̄ que hic habentur nihil asperū / nihil etiā suaue reputabat. Sic despiciebat vniversa: que cernim⁹: vt solet herba iaz putrefacta contemni. Tyrannos vero ipsos ac populos spirantes furore ē velut esse quosdā culices existimabat. Morte ē vero / et cruciat⁹ / et mille supplicia: quasi ludum putabat esse puerorū dūmodo ꝓpter Christū aliquid sustineret. Tunc em̄ et tunc amplectabat̄ libenter: ꝛ decorabat̄ vinctus cathena: magisq̄z diademate coronat⁹. Et em̄ cohortatus carcere habitabat celuz: ac libentius verbera excipiebat / et vulnera: q̄z alij bravia diripiunt: et dolores nō min⁹ q̄z p̄mia diligebat: cum ipsos vtiq̄z dolores loco duceret p̄miorūz: ꝓpterea em̄ illos et gratiā notabat. Quem sensuz diligēter attende. Premū certe erat dissolui / et esse cum Christo: pmanere aūt in carne certamen: sed em̄ ꝓpter Christi desideriū p̄mia differebat cupiditate certaminis: idq̄z magis necessariū esse dicebat. E regiōe vero Anathema a Christo fieri optabat: certamē hoc erat et dolor. Magis aūt et supra certa mē: supraq̄z omnē dolorem. At vero esse cum Christo erat p̄miū singulare. Paulus tñ ꝓpter Christū illud maluit / q̄z istud eligere. Sed ꝓfecto dicat hic aliquis / quoniā hec omnia ꝓpter Christū suauia esse dicebat. Hoc plane etiā ipse confiteor: quoniaz que nobis sunt causa tristicie: hec illi maxiam pariebant voluptatem. Et quid ego picula erūnasq̄z cōmemoro. In merore em̄ mario ille versabatur: ꝓpter qđ dicebat. Quis infirmat̄: et ego non infirmor? quis scandalisat̄ / ꝛ ego non vror. Et si in merore dicat quoq̄z quis inesse aliq̄z voluptatē. Multi em̄ illorū qui filiorū mortibus vulnerant̄/aliquid cōsolationis accipiunt cum flectibus manant: magisq̄z dolent: cū dolore ꝓhibentur. Sic igit̄ et Paulus nocte et die cōsolationē excipiebat ex lachrymis. Nullus siquidē tanto affectu mala ꝓpria/ q̄z ille: deflebat aliena. Quēadmodū em̄ illum oppinaris afflictum: cum p̄ditione iudeorū dolet: qui vt illi salui fierent: seipsuz a celorū gloria cupiebat excludi. Et vnum hoc manifestū est: qz scz non saluari illos acerbius estuabat: q̄z seipsuz perire: aut si non acerbius/ nunq̄z aliud optasset: quod vtiq̄z quasi tolerabilius elegit. Qui cuz certe spe maxia futuri p̄mij pasceret̄: non pfunctorie aliquid optabat: sed clamabat dicens: quoniam tristicia est mihi magna: et continuus dolor cordi meo. Hunc ergo de singulis (vt ita dixerim) habitatorib⁹ mundi: tam vehementer dolentem: et in cōe pro cunctis: et gentib⁹ videlicet / et iudeis: et p vno quoq̄z peculiariter lamētantē: cui nā rerū aliqs poterit cōparare? cui ferro? cui adamāti? Quid nam aliquis illā appellet aniam aureā: ne magis an adamantinā? Nam et erat oīni adamante fortior: et auro: gēmisq̄z p̄ciosior: et alterā qui dē materiā firmitate: alterā preciositate supabat. Cui ergo rei hec ab aliquo ania cōparetur. Earū quidem que sunt oīnino nulli. Quod si vel auro ada

mātis fortitudo: vel adamāti honor dareť auri: tñ forte aliquo mō cōpatio ei⁹ Pauli posset aie cōuenire. Sz quid ego adamantē: vel aurū ad silitudinē adduco Pauli. Mundū si diuerso / appendas omnē / et tunc videbis apte pauli vergere pond⁹ examis. Sed si eñ de his: qui in melotis et specub⁹: in exigua orbis parte versanť: hoc dictū est / quanto magis nos dicem⁹ paulū mūdo / et oñib⁹ que in mūdo sunt dignioꝛē. Si igitur eo mūd⁹ dignus non est: sed forte vel celū: sed istud quoq; inueniť inferi⁹? Si eñ iste non solum celum: sed que habenť in celis dei postposuit charitati: quomō non magis dñs: qui tanto est benignior Paulo: quanto malicia bonitas antecellit: innumeris eum celis iudicat dignioꝛē. Non eñ quantū nos diligit deus: tantum a nobis diligitur ipse: sed tanto effusius / quantū nec sermo quidē sufficit explicare. Cōsiderem⁹ ergo quantis illū honoꝛibus etiam ante temp⁹ resurrectionis extulerit. In paradisuz rapuit: et in celum tertiū subleuauit: ineffabilis archani fecit esse participem / taliumq; mysteriorum consciū: que nulli hoīm fas fuerit confiteri. Nec immerito siquidē paul⁹ in terra gradiēs / sic se agebat in cunctis / quasi angelorū societate frueretur. Nā passibili adhuc colligatus corpori / illoꝝ pfectione gaudebat: tantisq; fragilitatib⁹ subditus: in nullo inferior supnis virtutib⁹ apparere certabat. Nam et tanq; pennatus totū docendo peruolauit orbem: et velut incorporeus labores omnes: periculaq; cōtempsit / et quasi iam celum possidens: cuncta prius terrena despexit: et tanq; cum ipsis iam incorporeis degeret: ita iugi mētis intentione vigilauit: et angelis quidē sepe diuersarū gentium cura cōmissa est: sed nullus illoꝝ ita creditum sibi populū gubernauit: vt Paulus vniuersuz gubernauit orbem. Neq; vero dicas: q; hec nō pficiebanť a Paulo. Hoc etiā nos fatemur. Sed et si ipse non erat / qui cuncta complebat: nequaquā tñ ab eorum laudibus separaťt: q; vtiq; dignuz tante se gratie preparauit / per quantā magnifica / et glorioſa pficeret. Michaeli gens cōmissa est iudeoruz: Paulo vero terre / ac maria / atq; vniuersi orbis habitatio: ipsumq; deserтum: et hoc non ad iniuriā (qđ absit) angelorū: sed ostendim⁹ esse possibile illis hominē copulari / iuxtaq; illoꝝ merita consistere. Cuius aūt rei gratia / non angelis pot⁹ hec pdicationis cura cōmissa est: vt nullū sz excusatiōis colorem / de se inueniret anīa negligens: ac ne tu ad diuersitatē nature confugeres dormiendo. Deinde vt tanto etiam maior operū admiratio nasceretur / quanto de natura inferiore pcederent. Quomō eñ nō admirabile hoc: atq; improuisum videreť: cum ex terrena lingua sermo psiliens / mortē fugat / peccata dissoluit / tenebras cecitatis illuminat: et mutatione mirifica terrā cōuertit in celum. Propter hoc igitur stupeo virtutē dei: ppter hoc admiror promptū aīm Pauli: quoniā se talem studuit exhibere: quoniam se tante gratie capacez parauit. Vos aūt rogo: vt nō miremini solū: verūetiā imitemini hoc tñ clarū virtutis exemplū: sic nanq; poterim⁹ coronarū eius esse pticipes. Quod si aliquis nos dixisse miraťt: q; quicūq; habuerit Pauli merita / eadem sit etiā habiturus premia: ipsuz audiat ita dicentē. Certamē inquit bonū certaui: cursum consumaui / fidem seruaui / de cetero reposita est mihi corona iusticie: quam reddet mihi dñs in die illa iustus iudex. Non solū aūt mihi: sed et his / qui diligunt aduentū eius. Vides certe quomodo cunctos in eadē glorie cōmunione vocet. Quia igitur oñib⁹ eadez corona glorie pposita est: studeam⁹ oēs esse digni illis bonis / que pmissa sunt inueniri. Neq; solum magnitudinē / atq; eminentiā in illo debemus cōsiderare virtu-

tum / et ꝓmptū illud animi eius / atq; robuſtū ꝓpoſitū / per quod ad tantam meruit gratiaꝫ ꝓuenire: ſed et nature ſocietatē / per quam / et nobis in cunctis ille ꝓticipat: et ſic etiā / que valde ſunt ardua nobis facilia videbunt / et lenia: breuiq; hoc tpe laborātes incorruptibilē illam geſtabim⁹: atq; immortalem coronā: gratia / t miſericordia domini noſtri Jheſu chriſti: cui eſt gloria t imperium in ſecula ſeculorum Amen.

Homelia tertia (que in originali ſeptia eſt)

docet B. paulū ſignifer ū Jheſu Chriſti eiuſq; nomen et ſignū ſancte crucis: quaſi regale ſceptrū: per vniuerſuꝫ orbē circūtuliſſe / t ſaluberrime p̄dicaſſe.

Votiens hi qui portant ſigna regalia clangente ante ſe tuba / et q acie milituꝫ p̄eunte ingrediunt̄ vrbes / oīs populus conſueuit accurrere / ad audiendū buccine ſonū / vel ſignum: quod in ſublime fertur videndū / ipſius etiam virtutē ferentis. Quoniā igitur et hodie non vrbem: ſed orbē paulus ingredit̄ / cōcurram⁹ oēs. Etenī iſte non ſignū terreni alicui⁹ regis: ſed in celo regnātis chriſti crucē portat / et p̄cedunt / non hoim / ſed angelorū caterue non ſolū in honorē eius ſigni qđ fertur / ſed in eius / a quo fertur auxiliū. Si em̄ ꝑpriā vitam regentib⁹ tm̄modo / nihilq; pro cōi vtilitate facientibus / angeli ab oīm dño deputati ſunt / ſicut ait vnus ex iuſtis. Angelus qui eruit me a iuuentute mea: multomagis his quib⁹ totius orbis cura cōmiſſa eſt / taliumq; donorū onera portantib⁹ virtutes adſunt ſupne. Et illi quidē / qui in exercitu hoc honore donati ſunt / ornant̄ veſte p̄cioſa / aureis torquib⁹ colla ſubnixi / nitētes vndiq; / et vndiq; refulgētes Iſte vo catena ꝓ torque circundat⁹ geſtat crucē / ꝓſecutionē vndiq; ſuſtinens / famē vbiq; ꝓpetiens. Sed nihil eſt dilectiſſime q ex hui⁹ ſermonibus ingemiſcas. Siquidē iſte ornatus / multo eſt illo melior / et clarior / atq; amicicior deo / ꝓpter q et portans mīe laborat. Hoc eſt nanq; mirabile / q cum vinculis / verberib⁹ / atq; vulneribus longe ſplendidior erat diademate: purpuraq; fulgentib⁹. Quod em̄ eſſet vere clarior: et q non ad ſonum tantū modo iſta dicantur / ipſius veſtimēta docuerunt. Nam ſi mille diademata / totidemq; purpuras ardenti febri ſupponas: ne modicū quidē flāme eius valebunt extinguere. At modo huiuſcemōi vitia egrotantiū admota corpib⁹ morbos oēs fugabant. Si em̄ latrones vidētes ſignuꝫ illud militare non irruūt: ſed auerſi repente diffugiūt: multo magis t egritudines / t demōes / chriſti ſigno appente fugiebant. Sic aūt paulus ferebat hoc ſignū: nō / vt ſolus illud portaret / ſed vt oēs quoq; tales eſſe doceret / ac faceret: ꝓpter qđ clamat / atq; dicit. Idipſuꝫ certamē habētes quale audiſtis et vidiſtis in me Et vobis donatū eſt: non ſolū vt in eum credatis: ſed vt etiam ꝓ illo paciamini. Etenī preſentis vite dignitates tunc clariores videri ſolent: q̄n in vnotm̄ hoīe cōſtiterint: in ſpiritalib⁹ vero ecōtrario / tunc magis ſplendēt honores / cū ſibi plurimi eorum cōione ſociant̄: cū non vnus eſt ꝓticeps dignitatis: ſed multos habet qui eiſdem honorib⁹ ꝓfruant̄. Vides igitur hic oēs eſſe ſigniferos / et chriſti nomē vnūquenq; geſtare in cōſpectu gentium / atq; regum: ipſuꝫ vero paulū etiā cum ſibi anathema optat / atq; ſupplicium. Sed nō hoc p̄cipit / et ceteris quod certe illi portare non poterant. Vidiſtis nempe quante noſtra ſit natura capax virtutis! q̄ nihil ſit hoīe p̄cioſius: t adhuc vtiq; mortali. Quid em̄ mihi hoc maius / immo quid poteris ſaltem equale memorare? Quantorū vero iſte / queſo / honore dignus eſt angelorū: qui hoc verbum potuit effari? Qui enim in temporali hoc / atq; mortali corpore cōſtitut⁹ / cuncta etiā: quorū non erat dn̄s / ꝓ chriſto nō dubitabat offer

Homelia Tertia

re. hic si in corporee fuisset nature/quid tandem / quid aũt facere distulisset? Nam et angelos ꝓpterea miramur / non q incorporei sunt creati / siquidẽ cum diabol⁹ sit incorporeus / et inuisibilis : est tñ oĩbus infelicior : q facto ris dei meruit offensam. Hinc etiã hoies infelices vocam⁹ / non q videmus eos carne circũdatos : sed cũ non ea / vt oporteret / vtunt. Alioquin et carne induebaꝫ paulus. Vnde igit talis emersit / et tantus? et ex ꝓprio videlicet/et ex dei: et iccirco ex dei / q de ꝓprio. Non eĩ est ꝑsonarũ acceptor deus. Si aũt dixeris / et quẽadmodũ illũ imitari possibile est? disce quid dixerit. Imitatores mei estote/ sicut et ego christi. Ille ipsi⁹ christi effectus est imitator : tu vero nec apostoli. Ille dñi emulator fuit : tu aũt neq; serui. Et quã tandẽ poteris negligentie tue vmbrã obtendere? Quẽadmodũ vero eum imitatus sit/ ostendit. Idq; ab initio cõsydera ab ipsis principijs. Qñ eĩ ex illis salutaribus emersit fluẽtis / tanto igne plenus exiuit : vt nec necessariũ sibi putaret magistrũ. Non eĩ expectauit petrũ / nec venit ad iacobũ: neq; ad aliũ oĩno quenq; : sed ꝓpria alacritate raptus ita totam illã / in qua fuerat baptizatus ꝑdicatiõe sua inflãmauit vrbem: vt seuissimũ cõtra se iudeorũ prelium cõcitaret. Violentissimũ eĩ ꝑsecutorẽ christus in ardentissimũ repente ꝑdicatorem ĩmutauerat. Siquidẽ etiam cũ iudeus esset / supra dignitatẽ suaz multa faciebat / alligans / abducẽs / trahens/in publicũ christianos. Sic etiam moyses cũ a nullo in principatũ populi ordinat⁹ fuisset : cõtribules suos tñ a barbarorũ iniquitate defendit. Hec eĩ sunt fortis cuiusdaz / ac virilis anime certa documẽta. Hoc signum ꝓprie / libereq; sententie: nequaq; in aliorum afflictionib⁹ tenere patientiã / sed benigne/atq; cõstanter tueri eos/qui opprimũtur / etiam si nullo in hoc ordinẽ officio. Quia vero iuste opus arripuerat principat⁹ / deus hãc ei postea contulit dignitatẽ : idipsuz aũt seruauit in paulo. qui q; recte faceret vltro arripe initia ꝑmonis / atq; doctrine / deus similiter oĩdit / cito doctoris eum honore sublimãs. Si eĩ magisterij / atq; primat⁹ adipiscendi gratia / ad ꝓcurãda tanta negotia ꝓsiluissent / cõse quẽter essent de ambitiõe culpabiles. Cum vero vtiq; picula diligerent / mortesq; in se ꝓcurarent vndiq; / vt alios acquirerẽt in salutẽ : quis tam aperte insensum est / qui tante deuotionis studiũ crimineꝫ? Quod eĩ aliorũ amãtes salutem / ista ꝓfecerint : et sententia declarauit dei / et eoruz ꝑditio : qui male istiũ cõcupierunt honorem. Irruerũt siquidẽ tunc et alij in huiusmõi principatũ : sed ꝓtinus interempti sunt. Nam alterũ quidẽ lapsus e celo exussit ignis : alterum subitus hiatus terre absorbuit. Non eĩ ꝓpter defensionẽ ꝑopuli ista faciebant : sed ob gloriã dignitatis. Irruit et ozias / sed lepra cõmaculãte punitus est. Irruit etiam Simon / sed reprobat⁹ est / et morte piclitatus. Irruit vero etiam paulus / sed apostolat⁹ gloria coronat⁹ est. Non eĩ in sacerdotium / nec honorẽ: sed in ministeriũ irruit / atq; labores : maxieq; in hoc zelo et alacritate ꝓperauit : ꝓpterea ꝑdicator / ꝓpterea cõtinuo clarior efficitur. Sicut eĩ qui princeps fuerit ordinatus / nisi digne impositũ sibi administret officiũ / meretur etiã maiora supplicia : sic alter et si nõ ordinẽ quidez / suscipiat tñ / et sicut optet impleat: non dico sacerdotiũ / sed solicitudinẽ/curamq; multorũ/ oĩ ꝓfecto est honore dignissimus. Propterea igitur ne vnũ quidẽ diem in otio passus est / et quiete trãsire hic in ꝑdicandi ardore / ipso igne vehemẽtior: sed simul / vt salutifero ex fonte conscendit/plurimãq; in se flãmam ipse succendit : non picula timuit / non irrisiones erubuit/ et opprobria iudeorũ/neq; ꝑmonẽ suũ ab illis respui indignãter tulit. Nõ alid quicq; horũ sibi cogitauit : sed alios accipiẽs ockos vtiq; charitat⁹/aliãq; mẽtez mito ad impetu instar torrẽtis irrupuit : oia piter iudeorũ trahẽs/atz cõuoluẽs : et

ex scripturis ipm esse christū euidēter ostendēs Et certe nondū in eo tam multa gratie munera conuscabant: nondū tanta fuerat spūs illuminatiōe donatus: sed tñ inflāmata cōtinuo voluntas/ mortificataq; aia cuncta faciebat: et quasi semp satisfaceret deo de tpe tam pacto/ sic gerebat oīa/ sic lucra spiritualia vndiq; colligebat in locū/ qui esset belli ps maxima/ et laborū/ piculoruq; plena fidenter insiliens. Hoc vero maiore quoq; admiratiōe dignū est: q; cum tam esset audax: ac velut ad pugnā semp accinct⁹: et ignez quendā belli cōspirans: ita rursus placabilē pbebat magistris: vt nunq; in eo: vel in tanto illo impetu alacritatis offenderet. Itaq; feruēti tunc/ vel potius furenti pceperūt/ vt iret Tharsum/ atq; Cesareā/ nec tñ renuit. Dixerūt/ q; eū per murū deponi oporteret/ et passus est. Dederūt consiliū pro implēda purificatiōe/ non restitit: suaserunt ne in theatrum ingrederet/ et cessit. Ita se huic rei totum dedicauerat/ vt oīa pro fideliū vtilitatib⁹ libenter accipet: pro ipsorū edificatiōe/ pacem/ consensuz/ dispensationē/ cōcordiam diligendo: et eundē se/ ac semp equalē pdicationi vbiq; seruando. Cum igitur audis q; fratrē miserit ad tribunū/ volens de piculis liberari: et q; appellet cesarem/ quodq; romam ire festinat/ nequaq; putes verbū esse formidinis. Qui em gemebant in hac se adhuc esse vita/ q; putes mō eligebat esse cum christo? Qui et celū ppter ipsuz despiciebat/ et angelos: quo tandē pacto hec presentia diligebat? Cui⁹ igitur rei gratia ista faciebat? pculdubio/ vt diutius pdicationi insisteret: cunq; multis hinc credentib⁹/ atq; oīb⁹ coronatus iret ad christū: iam pfecto metuebat/ ne paup hinc/ atq; inops multorū saluris abscederet. Et iccirco dicebat. Permanere aūt i carne necessariū est ppter vos. Propterea ergo cū videret meliorē pro se in iuditio pcessisse sententiam (ipso quoq; dicente festo/ absolui poterat homo iste/ nisi appellasset cesarem: vinctus tñ/ cūq; plurimis vinctis/ qui mille facinora cōmiserant/ ductus/ non erubuit cū illis ligari: quinimo oīm simul nauigantiū curam gerebat/ sui quippe securus/ seq; tutū satis esse certissim⁹. Cunq; vinctus per tam vastū pelagus duceret ita gaudebat tñ/ tanq; in maxīm duceret imperiū. Etem̄ non paruū illi pmiū vrbis rome cōuersio pponebatur. Verū ne illos quidē/ qui piter nauigabant/ despectui habēdos putauit: sed illis quoq; de veritatis suauitate modulatus est/ indicans sibi diuinos appuisse vultus: et ea/ que fuerant sibi dicta cōmemorās/ idest tibi donaui hoies istos Hoc verbis faciebat/ non seipsuz arrogāter extollens: sed illos sibi ad psuasionē fidei parans. Propterea et deus pmisit pelagus cōmoueri: vt per id/ quod audit⁹ non est/ spiritalis pauli gratia panderet. Nam et cum dedisset cōsiliū nauigandū non esse/ contēptus est: ventūq; est vsq; ad extrema discrimia. Verū ne contemptu quidē eorū factus est onerosior: sed rursus. q; si pater filijs puidebat/ agebatq; oīa/ ne quisq; piret. Postq; vero Romaz ingressus est/ ibi quoq; quanta cū modestia anunciat veritatē/ quāta etiam cum libertate obstruit ora impiorū. Verum nec ibi stare contentus/ etiam in Hispaniā precurrit. Cum aūt sepius varia picula sustineret/ cōfidebat magis/ atq; fiebat audacior: nec ipse solū: sed etiam discipuli ppter ipsuz: qui eius vtiq; firmabant exemplo. Quēadmodū em̄ si eum remissiorē segniorēq; vidissent: ipsi etiam pfecto fuissent meriore deiecti: ita q; illum fortiorem factum esse cernebant/ et inter iniurias/ atq; plagas constantie sepe virtute crescentē: ipsi quoq; cū maiore fiducia pdicabāt: idq; ßcans ait. Ita vt plures e fratrib⁹ cōfidētes vinckis meis/ abūdanti⁹ auderēt sine timore verbū dei loq̄ Si em̄ dux militie fuerit fortz/ ac robust⁹: nō mō cedens atz pstern̄s: verū etiā vulnere ipse percussus/ subditos suos efficit fortiores: magisq; hoc pstat vulneratus ipe q̄z vulnerās. Cum em̄ hi qui sub tali pugnāt magistro/

viderint inflicta vulnera: fluentē sanguinē: et nec sic quidez illum hostibus aliqñ cedentem: sed stantē fortiter: hastaqz vibrantē: et crebris: certisqz ictibus in aduersarios prouentem: nec omino quicqz parcentē dolori: maiore absqz dubio tanto duci alacritate subduntur. Hoc itaqz factū est et in paulo. Videntes em illū ligatum catenis: et nihilomin⁹ in carcere p̄dicantē: videntes etiam verberatū: et tñ verberantes ipsos sermōe capientē: maiorē p̄fecto fiduciam colligebant. Et iccirco non dixit simplr cōfidens: sed ita vt abūdantius auderent sine timore verbū dei loqui. Magis / inquit / modo q̄z cū essem liber a vinculis fiducialiter p̄dicabam. Tunc em certiorē alacritatem t ipse capiebat: ac vehemētius in aduersarios ferebatur. et incremēta psecutionis maiora illi fiebant causa cōstantie. inclusus est quidē in carcere: tantūqz in eo virtutis refulsit: vt etiaz fundamēta quaterent: t ostia panderentur: Custodē quoqz tunc ipm carceris ad fidem transtulit: iudici pene psuasit: ita vt ipe diceret: in modico me suades christianū fieri. Rursus cū lapidaret / plenā popli ciuitatē fidei luce donauit: et vocabāt eum quasi iudicaturi iudei: tunc etiā atheniēses facti sunt ex aduersarijs subditi / et iudicib⁹ repente discipuli. Sicut em ignis in diuersas plerūqz materies incidēs auget magis. et ex subiecta sibi substantia incremēta sortitur: sic etiam lingua pauli q̄buscūqz fuisset admota / ad seipsum eos cōtinuo transferebat. Impugnatores quoqz eius celeriter ipsi⁹ verbo capti pabulū quoddā spiritali huic efficiebant igni: perqz ipos magis euangelij fama crescebat. Iccirco dicebat. Alligatus suz / sed verbū dei non est alligatū Fugabāt eum frequēter inimici: t quantū quidē ad rem spectat psequebant: quantū vero ad euentū rei / alijs mittebāt magistrū: quodqz faciebant amici / atqz cōcordes: hoc velut studio exequebant inimici: nunquā sinentes eum in vna habitaculū regiōe collocare: sed psecutionib⁹ / insidijsqz pellentes p cunctas oñino p̄uincias medicū circunducebāt / vt oēs videlicet salutaria eius lingue remedia sentirent. Rursus alligauerūt eum: sed acrius in defensionē fidei discipulos cōcitauerunt: psecuti sunt et non habentib⁹ miserūt magistrū. Ad maius iudiciū p̄uocauerunt / sed vberius iudei beneficiū cōtulerunt: ppter quod et iudei dicebāt de apostolis dolentes. Quid faciem⁹ istis hōibus? Per que em eos opprimere volum⁹ / per ea ipsa p̄uehimus. Tradiderūt custodi carceris / vt eum diligēter ligaret: sed ipe a paulo arctius alligatus est. imposuerūt eum naui cum reis / atqz vinctis / vt plane etiam nolentes otius iter eius facerent explicari. Accidensqz naufragiū factū est cum apostolo nauigantibus causa doctrine. Minabant mille supplicia / vt ignē p̄dicatiōis extinguerent: qui e contrario magis inde crescebāt. Et sicut de dño dixerunt / occidamus eū / ne tollant romani locū nostrū / atqz gentē: acciditqz cōtrarīū. nā qz occiderūt eū: ppterea romani / et gentē eorū / et ciuitatē tulerūt: et que putabātur impedimēta p̄dicatiōis: fortia efficiebant auxilia. Sic etiā predicāte paulo qđ aduersarij ad opprimendū intulere verbū: hoc illud ad ineffabilē quandā altitudinē sublimauerūt. Sup his vero oñibus gratias bono tantarū rerū autori agamus deo: glorificem⁹ paulū / p quem ista cōpleta sunt. Oremus etiā vt ipi quoqz eiusdem pfruamur bonis gratia / et misericordia dñi nostri iheſu christi: p quem: et cum quo gloria patri cum spiritu sancto in secula seculorū. Amen.

Homelia ḡrta (que in Christi. octaua est)

Indicat S. Pau. fortissime gentib⁹ t iudeis euāgelio infestis restitisse / ac discrimina sustinuisse innūera / et ob id oim sctōrum vtriusqz testamenti nomina sibi congruenter adaptari posse.

De laudibus Pauli

Homelia Quarta

Epe fulgido celi globo delectatus oculus ad ſpectaculum oppoſiti e regione luminis ſeſe violenter intendit. Et licet ſentiat aciem ſuam imparem radiorum eſſe certamini: deſyderio tamen illius pulcherrimi luminis intuendi libenter inacceſſibili radiātis orbis reluctaꝝ coruſco. Tale igitur quippiā ego ipſe ꝓpetior: qui cuꝫ videam ꝓprie mentis oculos / ex radijs apoſtolici ſplendoris hebetari: cupio tñ pauli animā / miro fulgore virtutū rutilantē / velut eminꝰ intueri: et contra importabiles ſolis micatus contentioſa ſubire certamia. Sol eñ quidā eſt hominibꝰ paulus: qui totum prorſus orbem fulgentibus lingue ſue radijs illumīauit: quique vniuerſas circuneundo gentes curſum oñino ſolis imitatus eſt: ac mūdi regiones oñes quaſi libero a corpe anio ꝓuolauit: et hoc cum ei amara vndiqꝫ vulnera crebrius obuiarent. In duas nanqꝫ ptes omne tunc fere hominū ſcindebaꝝ genus: in eorū ſcz qui horribili rabie erga idolorū cultum ferebant: et in illorū: quos legis zelus in euāgelij odia flāmabat. Ab vtraqꝫ vero pte grauiſſima in paulū bella ſurgebant: cum iudei vndiqꝫ illum quaſi paternarū traditionū corruptorem fugarent: gentes vero quaſi deuz morituū p̄dicantem. Noli eñ illū: qui tunc fuit rerum reatū huic / qui modo eſt cōparando magnitudinē apoſtolici laboris attendere: ſed ipa adhuc p̄dicationis exordia mēte perpēde. Conſidera prius pelagi ſeuientis furorē: et tum demū vim gubernatoris intelliges. Sicut eñ in quodam freto: ita paulus mediis in fluctibus eſtuabat: ac mille diſcriminū vrgebatur ꝓcellis. Inter ipſa quippe euangelij principia: predicationis nouitas vehementes: ei tentationū turbines ſuſcitauit. Judeoruꝫ nanqꝫ tunc populi mouebanꝝ: quos ad hoc moſayca videbanꝝ p̄cepta cōpellere. Phariſeorum quoqꝫ latrabant greſſus: cū dudum et ſe crucifixi p̄dicari deitatē dolerent. Indignabaꝝ etiam conſpiratio ſacerdotū: cum audirent crucem quaſi ſceptrū quoddā regale celebrari. In huiuſmodi bello iudei ſociabanꝝ: et gentes: que aris diuum: ac templis puluinariū cinerib⁹ aſſuete pene iam euelli ſibi neſcij amplectebantur errorem. Judices in p̄dicationē euangelij ſeuientes ſue aſtabant caterue. Reges iugiter idipſum bellū gerebant. Auditam crucē cuncti abhomiabantur exercitus / quā ſapiētes recipe neſciebant / quaſi ſignū vtiqꝫ dānati: Sed paulo totius hoc mundi bellū / oñi erat pace iucundius. Delectabat eñ quicunqꝫ illuz ꝓpter euangeliū vulnerabat. Hic eſt q̄ ille gretiam: atque barbariem: cum illatis ſibi vulneribus alacer circuibat: non minus plagis ſuis gaudens / q̄z regis triūphis: haud aliter delectatus naufragijs / quā ceteri acquiſitis ſolent gaudere theſauris. Liuoribus: quos ei verbera ſepiꝰ inferebāt / q̄ſi quibuſdā gloriabaꝝ coronis. Tribulationibꝰ / vt delicijs vtebaꝝ Squalore carceris / vt paradiſi amenitate gaudebat. Cui te o beate paule iuſtorū veteris teſtamēti / vel noui audeam cōparare? Omniū quippe virtutem quaſi in archa quadā: ſed cum multo prorſus cumulo condidiſti. Deniqꝫ etiam ſi totus contra te aliquis ſigillatim iuſtoruz appendat chorum / inueniet trutinam virtutū ponderibus a tua pte depreſſam. Paulus vero ſecundus Abel / verum non ſemel ſed per dies ſingulos immolatus. Paulus alter Noe: ſed abſque archa inſurgētes aduerſus ſe vndas impietatis enauigans. Paulus alter Abraam / non modo a patria: vel gente: ſed poſt vocationem ſuam / ab ipſa etiam vita prorſus abſciſſus. Paulus alter Iſaac: ſponte in hoſtiam colligatus. Paulus alter Jacob: quaſi pro vno quodam

totius mundi grege semper inuigilans. Paulus alter Joseph: spiritali fame tabescente mundo veritatis alimenta distribuens. Paulus alter Moyses / qui omnes gentes a tyrannide diaboli reduxit ad christū. Paulus alter Aaron: totius mundi populis inunctus sacerdos. Paulus alter Phinees / impietatē iudeorum atque gentilium / quasi fornicationē mentiū: vno fidei mucrone confodiens. Paulus alter Dauid / qui velut quendam goliam in certamine diabolum puocat. Paulus alter Helias / clarius raptus in celos. Paulus alter Heliseꝰ / qui gentes ab interioris lepre pollutione mūdauit. Paulꝰ alter Ezechias / qui ad vnam fidem christi diuersos populos attraxit. Paulus alter Josias / qui abhominatiōes gentiliū dissipauit / ac perdidit. Paulus alter Joannes: pro christo capite truncatus. Paulus alter Petrus / nō de terra / sed de celo vocatus ad credendū. Paulus alter Gabriel / qui christi ortuz cunctis gentibus nunciauit. Paulus alter Michael / qui christianorum dux esse sortitus est / etiam si angelorum / etiam si iustoruz hoim / circumolem choros: non inuenio compationē / cui non tñ cumulo: meritorū paulus occurrat. Acclamatio populi ꝛ post acclamationē etiam mortuus paulus ardentissima nobis theatra pietatis accendit Sed quandiu versabo linguam: nunc iustis viris paulī / nunc etiam angelis comparando? Opulentissimū hunc igitur thesaurū in nostris auide pectoribꝰ recondamus. Hauriamus certatim virtutes ex abundanti isto bone voluntatis fonte manantes et cupiditate maxima feracissime huius arboris poma rapiamus / variisq; floribus / ac fructibus plenū apostolicarū virtutū pratum metentes / sumamus e paulo fulgentem rosam castitatis / eligamus fidei florē marcescere nescientem / decerpamus ex eo vberrimos patientie fructus / et virtutum omniū colligamus. Demus beato paulo gloriam vt dicat de nobis in futurū. Ecce ego: et pueri: quos mihi dedit deus / ipsi gloria in secula. Amen.

¶ Explicit homelia quarta / et vltima de laudibus pauli.

Joannes kuschuert: weissenstatēn ad sacrarum litterarū studiosos.

¶ Hec sunt: candidissimi adolescentes: que de laudibus et excellentia diui Pauli / ex abundantissimo sacrarū litterarū fonte Beato Joāne Chrisost. ad laudē dei / nostrūq; pfectū et imitationē / haurire et in publicum diffundere dignū duxi. vt his nosmetipsi semisopiti ad verā eternāq; phiam (cui proch dolor nunc pauci intendūt) excitemur / ac spūs noster ad sempiternā illam et imortalē vitaz erigaꝫ / ad quā vt Dius Paulꝰ nos vocatos pduceret / quasi totius mūdi cōis pater / p nobis non pecunias / nō verba / non deniq; corpus / et aīam impendere cunctabaꝫ / Immo milies seipsuz in mortē pro nostra salute tradere non dubitauit. Huius igiꝫ parētis nostri pientissimi diuina misteria / in elegātissimis. 14. suis epistolis nobis scripta / nūc: diuine clemētie et auxilio cōfidentes: doctorūq; varijs et pfundissimis circa ea elucidacionibꝰ et interptationibꝰ innitētes / ac illis prorsus suffulti: paremꝰ in timore dei / eiusq; pietate et charitate: vt Diuꝰ Augus. admonet: aggredi et q̄ntū hūana sinat fragilitas / publice pfiteri / ad laudem dñi nostri Jhesu Christi cum quo patri gloria simul et spirituisancto in secula seculorū. Amen.

¶ Finis

¶ Soli deo gloria / hominibus pax et bona voluntas.

Impressum Lipzk per Vuolfgangū Monacen. anno dñi. 1510.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167562-p0019-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167562-p0020-0

Beati Joannis Chrisostomi archiepiscopi
cōstantinopolitani de laudibꝫ et excel=
lentia sancti Pauli apostoli domi
ni nostri ihesu christi. Homelie
quatuor elegātissime per
Georgiū Trapezon=
ciū e greco in lati
nū tradu
cte.